

Bosporanorum cf. not. 9. — 3) *Expectaveris* et coh. III, *idque collocatum post alis* III. — 4) *Ex cohortibus certe una, prima Thracum sagittariorum, memoratur in constitutione supra (not. 2) citata; prima Augusta Itaraeorum in constitutione a. 110 (supra N. 2004); quarta Hispana fortasse re vera est prima Flavia Ulpia Hispanorum ibidem memorata.* — 5) vexila. Frig. editum est; *correxerit Mommsen.* — 6) *Videtur significari nescio quis numerus Maurorum (cf. Mommsen Herm. 19 p. 226 not. 4).* — 7) *Cf. supra N. 1092.* — 8) 8 Iul. (158, supra not. 1; *consulum alter est supra N. 1080, alter ignotus est.*) — 9) *Eo ipso loco, quo hoc diploma datum militi alae primae Gallorum et Bosporanorum repertum est, prodierunt etiam tegulae inscriptae al. Bosp. (III S. 8074, 3).*

2007 [imp. C]aes., divi Septimi Severi Pii Arab. Arab.¹ [Par]th. max. Brit. max. f., divi M. Antonini Pii Germ. Sarm. nep., divi Antonini Pii pronep., divi Hadriani abnep., divi Traiani Parthici et divi Nervae adnep. M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. Parth. max. Brit. max. Germ. max., pontif. max., trib. pot. XVIII², imp. III, cos. III, p. p., proc., nomina militum, qui militaverunt in cohortibus urb. Antoninianis quattuor X XI XII XIII subieci, qui fortiter et pie in militia functi sunt, ius tribui conubii dumtaxat cum singulis et primis uxorib., ut, etiam si peregrini iuris feminas in matrimonio suo iunxerint, proinde liberos tollant ac si ex duob. civib. Romanis natos. A. d. VII id. Ian. P. Catio Sabino et P. Cornelio Anullino cos.²

coh. X urb. Antoniniana: C. Popilio C. f. Pol. Queto, Faventia.

Descriptum et recognit. ex tabula aerea, que fixa est Rome in muro pos templum divi Aug. ad Minervam.

Tabella aenea, diptychi pars prior, Faventiae rep., postea Romae (III p. 894; XI 628). — 1) *Sic et exterior et interior scriptura; debuit esse Adiab.* — 2) *A. 246, 7 Ian.*

2008 [imp. Caes. div]i Antonini Magni Pii Aug. fil., [divi Severi] Pii nepos, M. Aurelius An[to]ninus Pius Felix Aug., sacerdos am[plis]simus dei invicti Solis Elagabali, pont[ifex ma]x., trib. pot. III¹, cos. III, p. p., nomina milit. [q]ui militaverunt in coh[ort]ibus praetoris Antoninianis decem [I I] III IIII V VI VII VIII VIII X piis vindicibus, qui pie et fortiter militia functi sunt, ius tribui conubi dumtaxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam si peregrini iuris feminas in matrimonio suo unxerint, proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos. A. d. VII idus Ianuar. C. Vettio Grato et M. Vitellio Seleuco cos.¹

coh. III pr. Antoniniana p. v.: M. Septimio M. fil. Ulp. Maetico Triontio.²

Descript. et recognit. ex tabula aerea quae fixa [est] Romae [i]n muro pos templ. divi Aug. ad [Miner]vam.

Tabella aenea, pars prior diptychi, rep. prope Philippopolim Thraciae (Eph. ep. 2 p. 464). — 1) *A. 221, 7 Ian.* — 2) *Cf. N. 2048 not. 2.*

2009 imp. Caes. divi Antonini Magni Pii fil., divi Severi Pii nepos, M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix Aug. pontif. max., trib. pot.